



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie**

**Albertus <Magnus, Heiliger>**

**Colonie, 1502**

**VD16 A 1357**

De fruitione

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69610](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69610)

# De marie fruitōe fo. xxxvij

ma statui patrie. ergo habebat charitatē inaugmentabilē in summo  
¶ Itē inter charitatē inaugmentabilē q̄tum ad substantiā ⁊ q̄tum  
ad actū. ⁊ charitatē augmentabilē q̄tum ad substantiā ⁊ q̄tum ad  
actū est mediā charitas augmentabilis q̄tum ad actū. inaugmentabi  
lis q̄tum ad subam. Quarta em̄ dñtia est impossibilis. scz q̄ sit au  
gmentabilis fm̄ substantiā ⁊ nō fm̄ actuz. sed medio pfectibili debet  
mediā pfectio. ergo cū beatissima virgo habuerit mediū statū in via  
inter pfectibilia mediā habebit pfectoem. ergo habebit inaugmenta  
bilem charitatē fm̄ substantiā. ⁊ augmentabilē fm̄ actum. ¶ Itē om̄  
ne creatū certo termino ⁊ quātitate est mensuratū. Om̄ia em̄ fecit de  
us numero. pondere. ⁊ mensura. ergo nullius creati potentia est in in  
finitum. ergo augmentatio charitatē nō est in infinitū in via. igit̄ ali  
cubi erit in summo suo. s; summū pfectōis pfectibile vie fuit beatis  
sima ⁊ go. q̄ habuit charitatē vie in summo De fruitione

**De** Juxta hoc. Utz beata virgo fruere in via p̄ modū patrie  
¶ Et videt̄ q̄ sic. Aug<sup>9</sup>. de doctrina christiana frui est amo  
re inherere alicui rei p̄pter se. sed beatissima virgo inhererat summo  
amori p̄pter se ⁊ inseparabiliter. q̄ fruebat̄ ¶ Itē inter tm̄ p̄prehensōrē ⁊  
et tm̄ viatorē triplex est mediū. p̄phensōr simplr. ⁊ viator simplr si  
mul. sicut dñs ielus. ⁊ p̄prehensōr simpliciter ⁊ viator fm̄ q̄d. sicut  
angeli custodijs ⁊ ministerijs hominū deputati. fm̄ q̄d sunt viato  
res vsq; in diem iudicij. Terciū mediū est viator simplr. et p̄prehē  
dens ⁊ fruens fm̄ quid. ergo cū inueniat aliq̄s p̄prehensōr tm̄ vt ho  
mines in patria. et aliq̄s viator tm̄. vt hoies in via. ⁊ aliquis cōpre  
hensōr ⁊ viator simul. vt hō deus. et aliquis fm̄ quid viator et sim  
pliciter p̄prehensōr. vt angeli. Inueniet̄ quarta differētia vel aliq̄d  
erit vacuū. et ita erit aliqua p̄sona viatrix simpliciter ⁊ p̄prehensōr  
et fruens fm̄ q̄d. ⁊ erit in statu vie summa ⁊ p̄p̄inquisima statui pa  
trie. hec autē est beatissima virgo. ergo ipsa erit viatrix simplr ⁊ p̄pre  
hensōr ⁊ fruens fm̄ quid. Ex his autē omnib; videt̄. q̄ beatissima  
virgo nō habuit gratiā virtutū theologicar fm̄ modū vie. sed p̄fe  
ctioni mō ⁊ excellentiori om̄i modo p̄fectionis pure creature. Nō si  
p̄cedatur. ¶ Contra. qz p̄fectio addita p̄fectioni nō destruit ipsaz s; Contra.  
auget. ¶ Itē status vie inferior est statui patrie. ergo summū vie in  
ferius erit infimo patrie. ¶ Item dñs in Matheo. Qui minor est  
in regno celoz maior est Johāne baptista. Glo. dt. Om̄is sanctus  
qui est cū deo maior est eo qui est iam in mūdo. ¶ Itē sup̄ illud. Ec  
ce mitto angelū meū. ⁊ dicit glosa. Nouissimus angelus celi maior  
est quouis homine

¶ De Charitate.

**De** Post hec de charitate beate virginis quā habuit ad proxi  
mū. Utz illam habuerit in summo creature. ¶ Et videt̄